

*O unitas in substantia, & triplex in Deitate,
Hyerarchii iubilei gratulans glorificatio.*

*O misericors, animorum purificatio, & pura perpetua-
tio.*

Ex occurrentibus periculis qui nos eripis benigne.

Ex hac turbulenta valle vanitatis celo infer.

O potentia & sapientia, ô benignitas inexplicabilis,

Sustine me quotidie, sisq; meus gubernator,

Ut nunquam tibi vita mea displiceat, sed potius

Tibi obediam tanquam fidelis professor.

In meo principio (Bone Deus) audi preces meas.

Virtute tue gratia adauge voluntatem meam.

Da simul ut possim voluntatem tuam absolvere.

O scrinium excellens & abundans omni thesauro,

Tu es à quo omnis bonitas largissime manat

Ad homines atque ad quamlibet Creaturam.

Digneris igitur tueri opus tue potentis dextre.

Ne tempus nostrum in vita teramus inutiliter.

Concede sine fraude, ut victum nobis comparemus ne in periculum grande peccatorum incurremus: Et quando quidem nos tua de causa renuntiavimus nostræ voluntati, mundo & concupiscentiis ejus. Tanquam proprium & spontaneum professorem me recipe, cum ex te solo dependeat nostra fiducia tota: ulterius non possumus: nos tibi submittamus oportet, occultos tuos thesauros dignare nobis detegere. Ostende nobis tua abscondita, nobisque sis benignus. Inter alios qui te professi sunt, me ipsum offero cum humili submissione orantem, ut tuus servus possim esse, vita integra, non aliena à mea professione: deprecor Domine ut mihi velis ignoscere, famulis tuis fidelibus si tua secreta aperuero. Amen.

GEORGII RIPLEI DVODECIM POR-
TARUM AXIOMATA PHILO-
sophica.

DEUS æternus in principio omnia ex nihilo, Sphæricum opus & obscurum ex confuso chao creavit.

Ex una Massa confusa creata sunt omnia quæ nunc sunt.